



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CXXXI. Graf Konrad von Werningerode trägt Schloß und Stadt  
Werningerode den Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und  
Konrad, zu Lehn auf, am 20. November 1268.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

sita est, cum distinctionibus et omnibus appositis ad eandem, sicut in instrumentis super hoc confectis et hinc inde datis etiam clare liquet, in nostra et nostrorum suorumque fidelium constituti presentia elegerunt. Quam liquidem electionem de eadem parte budessin factam ab ipsis gratam et ratam habentes, presentis scripti nostri patrocinio ac sigilli nostri appensione, ad obtinendum robur perpetuum, dictis nostris patris communimus. Renuntiantes simpliciter et expresse omni iuri, quod in ipsa parte budessin usque ad hec tempora dignoscimur habuisse, adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec, frater widedkindus, magister domorum militie templi per alemanniam et poloniam, nobiles viri Guntherus Comes de Mulingen, Lüthardus de Meinersheim, Bernhardus prepositus in Kamenz et alii quam plures. Datum plawe, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>. Kal. Maji.

Nach demselben Copialbuche Bl. 37. — Bei Gercken Cod. I, 199 dem Markgrafen Otto III. zugeschrieben, ungenau und mit der unrichtigen Jahreszahl 1286. Auch abgedruckt im Lauf. Magazin vom Jahre 1777. S. 335.

**CXXXI.** Graf Konrad von Werningerode trägt Schloß und Stadt Werningerode den Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, zu Lehn auf, am 20. November 1268.

In nomine domini Amen. Acta presentis temporis, ne calumpniam paciantur a posteris, scripturarum solent testimonio roborari. Itaque nos Conradus, Comes de Werningerode, Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos Dominis nostris, Illustribus principibus Braudenburgensibus Marchionibus, Johanni, Ottoni et Conrado, proprietatem castri nostri et ciuitatis nostre Werningerode, adjecta pensione annua ducentarum Marcharum, obtulimus et dedimus liberaliter, amicorum nostrorum consilio accedente, ut ad ipsos et ad eorum heredes predicta proprietas pertineat, sicut ad nos et ad nostros progenitores pertinuit ex antiquo. Ita tamen, ut predictum castrum cum ciuitate et annua pensione predicta, tam nos quam nostri filii a dictorum Dominorum nostrorum gracia et dominio semper possideamus titulo pheodali. Hac etiam adjecta condicione, ut si quem filiorum nostrorum a nobis diuiserimus, parte aliqua predicti pheodi assignata, et eodem sine liberis discedente, ad nos ipsius pheodum libere reuertetur. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>., XII. Kal. Decembris, adhibitis testibus ydoneis nobilibus viris, quorum nomina sunt hec: Wolterus de Arnsten, Guntherus Comes de Mulinge, Gerardus de Querenvorde, et militibus, quorum hec sunt nomina, Euerhardus de Jeresem, Bertramus de Hoygem, Heinricus de Bardeleue, Bernardus de Wardenberge, Johannes de Wzftrowe (sic), et alii quam plures.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinet-Archives 449, A. — Gercken Cod. VIII, 347.